



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hermannii Conringii De Pace Civili Inter Imperii Ordines  
Religione Dissidentes Perpetuo Conservanda Libri Duo**

**Conring, Hermann**

**Francofurti ; Lipsiae ; Wittebergae, 1680**

Ratio VII. Absque hoc remedio Pax desperanda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9585**

**E**cclesiastici ut præcipua Imperii membra & Religionis An-tistites ad utriusque conservationem vel maximè obligan-tur. Si igitur Pax aliter obtineri nequit, nisi cessione aliquot bonorum Ecclesiasticorum eam recusare non debent, cùm præsertim præcipua Fundatorum fuerit intentio Religionis conservatio.

## RATIO VI.

*Necessitas facit omnia communia.*

**I**n necessitate omnia sunt communia jure natura teste S. Th. 2. 2. q. 65. a. 7. adeò, ut in casu extrema necessitatis posse & de-beat aliquis etiam auferre aliena, ut patri subveniat teste eodem q. 62. a. 5. ad 4. Quod cùm in necessitate publicâ, præsertim Religionis, multò magis locum habeat, quām iu privatâ, cen-sendum est ea bona Ecclesiastica, sine quorum cessione Pax sperari non potest, facta esse communia toti Imperio, & ceci-disse sub potestatem Cæsarî & Statuum, ut Pacem inde redi-mant.

## RATIO VII.

*Absque hoc remedio PAX desperanda.*

**V**el cedendum est Religioni & Ecclesiasticis, vel Pax despe-randa Germanis. Negatâ enim Religionis libertate, & o-mni bonorum Ecclesiasticorum cessione Pacem nullam ad-mittent Protestantes. Non est autem congruum divinæ pro-videntiaz, quod Deus Cæsari & Statibus potestatem eripuerit, remedii tam necessarii, & nos in necessitatem belli æterni con-jecerit.

## RATIO VIII.

*Bona intentio.*

**C**æsar & Status Catholici optimâ intentione conservandi Religionem ejusmodi Pacem sanciunt, mala autem per accidens evenientia, aut hæresis promotionem vel approba-tionem